

1241. 16. Januar.

Ex MS Arch Cap Ploence
319.

Privilegium Boleslai Ducis Mazovia li-
bertationis hominum ecclesiasticorum, à judi-
ciis ducalibus, palatinorum, et castellanorum
et quòd tres liberi in villis ecclesie inhabitent

106

In nomine Domini amen. Nos Boleslaus Dei
gratia dux Mazovia, in remissionem peccatorum
nostrorum, ecclesia beate marie Domini, inio epi-
scopatu Mazoviensi, in villis omnibus tam epis-
copi et canonicorum, quàm abbatum et aliarum ec-
clesiasticarum personarum, hanc conferimus liber-
tatem, videlicet ut omnes liberi homines villas ipsas
incolentes, non citentur nec iudicentur a Palatino,
vel castellano nostro, vel ab alio aliquo iudice, nec
à nobis. Item si tres homines et infra, liberi, præ-
dium ecclesie inhabitaverint, aut cum ascriptitiis
mixti, aut præter eos manentes, omni et plena
gaudeant libertate, qua gaudent ascriptitii. Quòd
si plures à tribus supra fuerint liberi, à nobis sicut
predictum est non iudicabuntur, tribus semper li-
beris in qualibet villa permanentibus, et illi omnes
pariter Brewod militare ducent. Datum in villa
Lijanthek in colloquio, presente domino duce Con-
rado patre nostro et matre nostra, quorum instanz-
tia et voluntate ista contulimus. Presente etiam
+ Jemovitho et Lemomisplo fratribus, et viris nobilibus
Mistvone et Bobuspa palatinis, et Ceslao pinuer-
na, et Bribislao venatore, et Domannicijone thesau-
rano, Nicolao iudice, Johanne cancellano, et Mrocz-
kone succamerano domini patris mei, item Petro
cancellano fratris nostri Cazimiri, et Petro præposito
Skarbiminiensi, Bredpelkone præposito de Grodek, et
Mistiugio clerico, et aliis quam plurimis. Anno

Domini

